



**Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XV. De Sacra Vnctione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](#)

## De Sacra Unctione.

TIT. X V.

Euseb. li.

*io dist.* In consecrandis Ecclesiæ ministris  
*Eccles. c.* culiariter etiam usum suum, eumque  
*s. Dion.* sanctè antiquissimum. habet sacra U  
*Areop. de* nctio; nec alia ratio est, cur hoc  
*Hier.* Tit. iste inseratur.

*Eccles. c. 4.*

Quæ dicitur sacra Uncio. & quomodo  
plex est?

*S.* Acra Uncio est visibile signum in  
*trius infusæ gratiæ, qua cor, mentis*  
*synceritas, ad obeunda ritæ ministro*  
*& officia, secundum cujusque voca*  
*nem delinquitur. Et est duplex, Exteri*  
*or que materialis & visibilis, quâ visibi*  
*ter inungitur corpus, & Interior, quâ*  
*visibiliter ad nitorem conscientiæ con*  
*servandum & divinam gratiam adi*  
*cendam, inungitur cor. Unciaque*  
*terior & visibilis, signum est interius*  
*& invisibilis.*

*Ostende usum hujuscemodi*  
*Uncionis?*

*d. c. un.*

*in pr.* In primis Episcopi, dum consecrati

tut sacro Chrismate ( quod ex oleo oli-  
varium & balsamo conficitur ) in capite  
& manibus inunguntur; oleumque ni-  
toreni denotat conscientia , per balla-  
num verò odor bonæ famæ exprimitur;  
Sacerdotes autem reliqui , dum ordi- <sup>d.c.un. §</sup>  
nantur si nplici oleo olivæ per Episco- <sup>quia ve-</sup>  
pum benedictio in manibus ; sicut & rō d.c.un.  
Christiani omnes , dum baptizantur in- <sup>§. unde</sup>  
ter scapulas & in pectore: item Reges & in veteri  
Imperatores in brachiis & humeris, quo <sup>d. §. quia</sup>  
Principis designatur potestas. Est & ex- <sup>verò</sup>  
trema Unctio, sive oleum infirmorum , Cono.  
quo ægrotantis seu infirmi . de cuius Trid. <sup>14. e. 3.</sup>  
morte timeretur, oculi aures, nares , os ,  
manus , pedes & renes . adhibitâ certâ  
verborum formulâ, inunguntur; ut quic-  
quid his membris peccatum fuerit, ut-  
pote vitio oculorum per visum, vitio au-  
rium per auditum , vitio narum per o-  
doratum , &c. id totum abstergatur. De- <sup>d.e. un.</sup>  
nique ungitur & cum consecratur alta- <sup>§. fin.</sup>  
re , cum dedicatur templum , cùm  
benedicitur calix. <sup>De quo</sup>  
*vide inf. lib. III.*  
*tit. XI.*